



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DLIII. ad annum DLXXVII.

Parisiis, 1644

Titvli Canonvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15324

tempora Pelagii primi referendam esse. Quoto anno Pelagii præcise habita fuerit, nullo certo indicio constare potest. Vide Baron. anno 559. num. 16.

ANNO
CHRISTI
559.

^f Sabaudus.] Plures epistolas Pelagii ad hunc scriptas supra inferuimus ex codice Arelatenfi. In Concilio Matisconensi secundo, cui subscripsisse legitur, nominatur Sabaudius, qui hic Sabaudus, alibi Sapaudus appellatur. De aliorum subscriptorum plurium nominibus supra dixi plura in notis Conciliorum Aurelianensium & Aruernensium. Et quod ibi de ordine subscribentium dictum est, idem hic sentiendum esse scias.

CONCILIVM PARISIENSE ^b III.

ANNO
CHRISTI
517.

PRO VARIIS DIVERSARVM ECCLESIARVM
UTILITATIBVS CELEBRATVM, ¹ CIRCA
annum Christi DLVII. * Pelagii papæ III. Childeberti
regis XLVI.

* Idem
papa III.
tempore,
et ante
Zeno.

TITVLI CANONVM.

- | | |
|---|--|
| I. Nemo res ecclesiarum peruadat, aut competat, aut retineat. | VI. Nullus res alienas, nullus viduam vel filiam aliterius competat, aut rapiat. |
| II. Nemo res episcopi proprias peruadere, competere, aut confiscare præsumat. | VII. Nemo excommunicatus ab aliis colligatur. |
| III. Ne episcopus alterius episcopi res competat, aut retineat. | VIII. De ordinatione episcoporum. |
| IV. De illicitis & incestis coniunctionibus. | IX. De famulatu & ministerio seruorum degenerum. |
| V. Ne quis sacratas virgines, aut religionem professas rapiat, vel competat. | X. Vt Canones hi ab episcopis absentibus, quibus oblatis fuerint, subscribantur. |

PRÆFATIO.

ADMONET pontifices temporum qualitas, & improba necessitatis præcauenda conditio, vt non solum rerum præsentium, sed & futurorum quoque utilitas congrua prouisione tractetur: quatenus quos custodiæ ordinatio, ac pro amore diuino sollicitudinis cura constringit, & præuidisse sequentia, & opportune vigilasse probentur. Et quia sibi sacerdotes in hoc maxime consulant, si importunorum voluntatibus obuiasse noscantur; coniuncti in vnum, Christo opitulante, Parisius pro v-